

## Quartus

Doridis a tergo mōs est oetha. Sequitur mutatis sēpe nominibus hemonia. Eadē pelasgicum argos: Hellas eadem thessalia: & driopis semper a regibus cognita. Ibi genitus rex noīe grācū a quo grācia. Ibi Hellenes quo hellenis. hos eosdem Homerus tribus noībus appellauit myrmidonas & hellenas & acheos. Ex iis phthiotae nominantur dorica accolentes. Eorum oppida echinus in faucibus sperchii fluminis. Thermophylarū angustiae. quo argumento quattuor milia passuum inde heraclea trachin dicta est: mons ibi calidromus. Oppida celebria hellas: halos: lamia phathia: arne.

### Thessalia. Capi. viii.

**T**N thessalia aut amnis orcomenus minyus ante dictus. Et oppidum alimō ab aliis elmon: atrax palamina fons hyperia. Oppida pheræ: qua: a tergo pierus ad macedoniā protendit larissa: gomphi: thebæ thessaliæ: nemus pteleo: sinus pagasicus. Oppidū pagasa: idē postea demetrias dictū: tricca. Pharsalici campi cum ciuitate libera crannon iletia. Montes phthio tidis nymphus quondam topiatio naturæ ope spectabilis. Buzigeus: donacea: bermius: daphussa chimeron: athamas: stephane. In thessalia sunt quattuor atq: triginta montes quorum nobilissimi cerceti olympus: pierus ossa: cuius ex aduerso pindus & othris laphytatum sedes ad occasum uergentes. Ad ortus pelios omnes theatrali modo inflexi caueatis ante eos septuaginta quinq: urbibus. Flumina thessaliæ apidanus: phœnix: enipheus: onochonus: laminissus. Fons messeis. Lacus bebeis: & ante cunctos pannissus claritate peneus ortus iuxta gomphos: interq: ossam & olympum nemorosa conuale defluens quingentis stadiis dimidio eius spatio nauigabilis. In eo cursu tempe uocantur quinq: milium passuum 100 longitudine: & ferme sex latitudine ultra uisum hominis attollentibus se dextera leuaq: leniter conuexis iugis. Intus sua luce uiridante allabitur peneus uiridis calculo: amoenus circa ripas gramine: canorus auium concentu. Accipit amnē orcon: nec recipit: sed olei modo supernatantem ut dictū est ab Homero breui spatio portatum abdicat. Pœnales aquas dirisq: genitas argenteis sui. misceri recusat.

### Magnesia. Capi. ix.

**G**Heffaliæ annexa magnesia est: cuius fons libetra. Oppida hormēium: pyrrha: methone: olizon. Promontorium sepias. Oppida castana: spalathra. Promotorium. æantium. Oppida melibœa: rhizus: eiymne: homolium penei: oppidū omolium: orthei: rhesiae: pelinna thau macie cyrron: cranno: acarne: dotion: mesite: phila: ceponio. Epiri. achaiae. Atticæ thessaliæ in potrectum longitudo quadringentorum octoginta milium pass. traditum. Latitudo. cclxxvii. Mil.

### Macedonia. Capi. x.

**M**acedonia postea cl. populorū duobus inclita regibus quodāq: terræ: iperio: emathia antea dicta. Hæc ad epiroticas gētes in solis occasu recedens post terga magnesiæ atq: thessaliæ infestatur a dardanis. Partem eius septentrionalē pæonia ac pelagonia ptegunt a tribalis. Oppida aegæ: in quo mos sepelire reges. Beroa & in regione quæ pteria appellat a neme more egidiū: in ora heraclea. flumē apilas: oppida phina: oloros. Amnis haliacmō. Intus haloritæ: ualei: philacei: cyrrei tyrrissæi. Pella colonia. Oppidum stobi ciuiū ro. Mox antigone europus ad axium amnem: eodemq: nomine amnis per quod ihedias fluit: scydra: phordea: emiona: gorgidone. Mox in ora ichne: fluius axis. Ad hunc finem dardani: treres: pieres: macedonia accolunt. Ab hoc amne peoniae gentes: paroeci: heordenses: almopii: pelagones: mygdones. Montes rhodope: scopitus: orobellus Dein præiacente græmio terrarum arethusii antiochenes: idomenenses: doberienses: trienes: allatenes: andaristenes: morilli: gareci: lyncestæ: othryonei: & amantini liberi: atq: oreftæ colonia: bullidenes: edienenses: xylopolitæ: scotussæi liberi: heraclea: sintica: timphei: coronei. In ora sinus macedonici oppidum calastia: & intus phleros: lete. Medioq: flexu littoris thessalonicae liberæ conditionis. Ad hanc a dyrrachio. cxiii. Milium passuum thermæ. In thermaico sinu oppida dicæa: pydna: derra: scione. promontorium chanastreum. Oppida plane: phlegra. Qua in regione montes hypsizorus: epitus: alchione: leuomne. Oppida nissos: phyx: eleon: meande: & hippalesis: isthmo quondam potidea: nunc cassandra colonia: anthemus: holophyxos sinus: mecyberna. Oppida physella: ampelos: torone: fogostedes: fretum quo Montem athon quem Xerxes rex persarum continentis absedit in longitudine passuum mille quingentorum. Mons ipse a planicie excurrit in mare. lxxv. Milia passuum. Ambitus radicis. cl. M. colligit. Oppidum in cacumine fuit acrothon. Nunc sunt uranopolis. paleotorum thyfus cleone: apollonia: cuius incolæ macrobii cognominatur. Oppidum cassera: saucesq: alteræ isthmi. Acanthus: istria: graftonia: heraclea. Regio mygdoniæ subiacens. In qua recedentes a mari apollonia: arethusa. In ora rursus posidium: & sinus cum oppido cerhioro amphipolis. Libera gens bysaltæ. Dein macedoniæ terminus. Amnis strimon ortus in emo. Memorandum in septem lacus cum fundi priusquam dirigat cursum. Hæc est macedonia terrarum imperio potita quondam.

Almon  
Salmon  
peleunia

Orthe  
Thespie  
phalanna  
Thome  
Dotiou  
Melitea  
phylace  
æginium  
phila  
Eloros  
Alius  
phorbæ  
Meza  
Gordone  
orbelus  
Doberes  
Estrienses  
allatenes  
Dienenses  
piloros  
Nipros  
nel Nyse  
phrygion  
Hypapantes

